

- Sepius adde manum: quo^a hebebit erit, puto, planum.
 Contigit hoc pridem^b mihi, cum data poma fuissent,
 Ut suscepta quidem visu mihi^c displicuissent;
 Relicere^d pensantem largitor meque parantem
 35 Sic vetat: 'Oro, mane, ne proicias, male^e sane!
 Inde prius gusta! Si gustus displicet ori,
 Lege satis iusta reddes mihi poma datori^f.
 Persuasit cordi monitis, unumque momordi:
 Nil esu melius visum mihi quam sapor eius.
 40 Non mea magnifico; nec id, ut liber iste saporem
 Hunc habeat, dico^g, sed ut hunc toleres per amorem.
 Ergo geras morem^h, Raginaldo^h confer honorem!
 Sic tua maiestas valeatⁱ, si carmina prestas.

[II.] Rescriptum Lamberti^k abbatis^l ad^m Raginaldumⁿ
 de commendatione^o sui Malchi^p.

	Reddo vices,	dum multiplices	tibi mitto salutes.
	Pro vanis,	velut ipse canis ² ,	ne cēlica ^a mutes!
	Alta sonant	tua scripta, tonant	miracula Christi,
	Perque melos	horum cēlos ^r	superos tetigisti.
5	Instar apīs	speciosa capīs	per gramina ^s flores,
	Hosque terens	das, mella ferens,	plerosque saporē.
	Rethoricas	dum multiplicas	scribendo figuras,
	Formosas	variare rosas	et lilia curas.
	Iam iuvenum,	iam turba senum	Malchum veneratur,
10	Iam petitur	Malchus ^t , legitur	rarusque probatur.
	Ut video,	nichil est in eo	rubigine dignum ^u ;
	Cautus ego,	quodcumque lego,	reor esse benignum.
	Dum Statius ^v ,	dum Virgilius,	dum Naso legetur,
	Perpetuus	liber iste tuus	non emoriatur:
15	Ecce Cato,	celsusque ^w Plato,	cinis in monumen-
			tis ^x ,
	Alta poli	post ima soli	scandunt documen-
			tis;
	Lingua iacet,	nec lingua tacet	modo putris eorum:
	Non moritur,	vivit, loquitur	bona lingua bono-
			rum;
	Ergo deos	dicamus eos	vitaque fruentes,

a) 'quod' T. b) 'quidem' C. c) 'mi' C. d) So C. L. T; 'pro-
 celeumaticum pro dactilo' am Rande T, also absichtlich ~ ~ ~. e) 'o',
 übergeschr., zum Zeichen des Vocativs C. f) Geändert aus 'doctori' C.
 g) Fehlt C. h) 'Reg.' C. L. i) 'veleat' C. k) 'L.' C. l) Fehlt T.
 m) Fehlt C. n) 'R.' C. T. o) 'commendacione' C. p) 'Malci' C.
 q) 'cel.' C. r) 'cel.' C. s) 'gramia' C. t) 'Malcus' C. u) 'digni' C.
 v) 'Stacius' L. w) 'celsus' C. x) 'monim.' C; 'monumetis' L.

1) Aehnlich Hugo 5. 2) 'Canis reversus ad suum vomitum'
 (2. Petr. 2, 22) heisst der zur Welt rückfällige Mönch.